



Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

Historiae Ecclesiasticae Pars Tertia, Qva Continentvr Hermiae Sozomeni
Salaminij lib. 9. Euagrij Scholastici Epiphanensis lib. 6

Christopherson, John

[Köln], 1569

Quòd Constantius Athanasium rursus abigit, & qui consubstātiale
propugnabāt exilio mulctat, & de Pauli Cnstantinopolitani morte, & q[ue]
Macedonius iterū ad fedē restitutus, multa nepharia ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-12718

HERMIAE SO⁷⁴

ZOMENI SALAMINII HI
STORIAE ECCLESIASTI-
CAE LIBER QVARTVS.

*De Constantis Augusti cæde, & rebus quæ
Rome euenerint. CAPVT I.*



T Q V E ista quidem ita accidisse cognouimus. Quarto autem anno post concilium Sardicense, Constas in Gallia versus sole occidente sita, interficitur. Magnentius vero, qui cædē ei per insidias parauerat, omnem eius ditionem in suam potestatē redigit. Porrò Bretannio quidam Sirmii à militibus Illyricis imperator declaratus est. Maxima autem pars istarum calamitatum in damnū antiquæ Rōmæ propterea recidit, quod Nepotianus, filius sororis Constantini imperatoris, cum multos gladiatores sibi ascivisset, de imperio decertare cœpit. Verū iste quidem à militibus Magnentii trucidatus est. Constantius vero, ubi summa imperii ad ipsum solum rediit, imperator renuntiatus, ad tyrannos è medio tollendos omni cura & cogitatione incubuit. Interim Athanasius concessit Alexandriam, conciliumque episcoporum Aegypti cogendum curauit, quod decretum Sardicæ de ipso, tum in Palæstina sancita suffragiis suis quoque confirmarent.

Quod Constantius Athanasium rursus abigit, & qui consubstantiale propugnabat exilio mulctat, & de Pauli Constantinopolitani morte, & q Mæcedonius iterū ad sedē restitutus, multa nepharia designauit, & de Martirio & Marciano martyrib⁹ CA. II.

I mperator autē Constantius caluniis Arianorū inductus, non in eadē quidem perstabat sententia, sed contra acta concilij Sardicensis iam dudū promulgata, iubebat eos,

K ij qui

S O Z O M E N I H I S T O R.

qui ab ipso potestatem ad suas sedes reuertendi nacti fuissent, denuò in exiliū pelli. Quo quidem tempore Marcellus rursus electo, Basilius ecclesiam Ancyrae occupauit: Lucius autem coniectus in vincula, interiit: Paulus perpetuo additus exilio, Cucusum, oppidum Armeniae, abductus est in quo quidem oppido obiit mortem, morbo, an vi extinctus, pro certo equidem dicere non queo. Percrebescit nam adhuc fama, eum laqueo à Macedonianis strangulatum. Vbi verò in exilium missus est, Macedonius ecclesia Constantinopolitana occupata, præsidij monasteriorum complurium, quæ ipse Constantinopoli extruenda curauit, & federibus cum finitimis episcopis percussis se ipsum muniens, dicitur Pauli fautores varijs affecisse incommodes: ac primum ecclesijs eos exturbasse: deinde vim illis iudeo attulisse, vt cum ipso communicarent: Vnde factum est, vt multi verberibus grauiter cæsi, perirent. Postremò alios fortunis, vrbe alios priuasse: alios in fronte notis ab illo cōpunctos fuisse, vt præ cæteris insignes essent. Qui re intellecta, imperatorē factum condēnasse, in crimen vocasse Macedoniū. Eodem tēpore igitur cùm Macedonius ob hanc causam esset episcopatu ecclesiæ Cōstantinopolitanæ abdicatus, malum ad cædē prorupit. Nā cum alij nō nulli, tum Martyrius & Martianus obruncati sunt, quos vtpote Pauli coiuctores à Macedonio fertur præfecti mōditos esse, & cum accusarētur tāquam authores necis Hēmogenis, & seditionis cōtra eum cōflatę, fortiter morte operiuisse. Quorum alter subdiaconus erat, alter, videlicet Martianus, cātor, & sanctarū scripturarū lector. Horū quidem insigne sepulchrum est, pro mōenibus Cōstantinopolis extructum, & velut monumentū martyrū, tēplo circum datum: quod templū ædificare cēpit quidē Ioannes, Sisinius aut̄ absoluit perfecitq;: qui duo postea ecclesiæ Cōstantinopolitanæ fuere antistites. Nā indignum censuerunt, eos honore martyrij carere, quos deus ipse honore affectat: quandoquidem locus ad quem abducti, securi percussi sunt, cum ante inacceslus esset, à spectris purgatus est, inquit eo homines dæmonijs agitati morbo liberati: atque multa alia præterea miracula ad eorum sepulchrum edita. Sed de Maftyrio & Marciano hæc haec tenus. Quod si eadem cuiquam

quiquam minimè credibilia videantur, nullius penè nego-
cij erit ab illis, qui ea ipsa exploratè cognita habeant, ac-
curatius perdiscere. Etenim istis multò sunt fortasse admi-
rabiliora narraturi.

*Quod Constantius ducto in Ilyrios exercitu Sirmi-
um venit, & de Bretanione & Magnentio, &
quòd Constantius ubi Gallum Cæsarem renunti-
auerat, illum ad populos orientales amandanit.*

C A P V T III.

Per idem ferè tempus, cum Athanasius fuga salutē quę
suisset, Georgius eos qui in Aegypto eius opinioni
assentire renuebant, grauiter vexauit. Imperator aut̄
bello contra Illyrios suscepito, venit Sirmium: quo in op-
pido pactis quibusdam conditionibus, Bretanio illi fit ob-
uiam. Nam militibus, qui eū imperatore declarauerant, in
alteram partem traductis, & solum iam Constantiū impe-
ratorē & Augustū esse vociferantibus (vt enim ista fierent
tum ab ipso Constantio, tum à suis impense ante laboratū
fuerat) Bretannio, vt intellexit proditionem, pronū se ab-
iecit ad pedes Constantij, ab eoq̄e supplex veniam postu-
lavit. Constantius igitur, ablato ei ornatu imperatorio, &
purpura, hominis misertus est, vitaq; priuatæ degendæ fe-
cit potestatem, & omnia ad viçtum & cultum necessaria ei
ex publico subministrari mandauit: dixitq; rem multò ac-
commodatissimam esse ei, vt pōre ætate prouectiore, vt de-
cetero cura imperialia liberatus, ætatem in otio & tran-
quillitate ageret. Vbi autem res contra Bretannionē gestę
hunc habuere exitum, Constantius ingentē exercitū, ad-
uersus Magnentium in Italiam misit. Gallum autem con-
sobrinum, cum Cæsarem eum designasset, amādauit in Sy-
riam, vt partes imperij versus Orientem defenderet.

*Quòd postquam Cyrus ecclesiæ Hierosolymitanæ
gubernacula post Maximum suscepserat, rursus
maxima crucis figura pluribus diebus conspecta-
est, quæ solem ipsum splendore superabat.*

C A P V T IIII.

K. iiiij Eodem